

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Epicedium Beatissimis Manibus Viri ... Dn. Johannis Ab  
Asselen, Civitatis Oldenburgensis Consulis ...**

**Gleim, Johannes Christoph**

**Oldenburgi, [1708?]**

**VD18 13158023**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-20448**

EPICEDIUM  
BEATISSIMIS MANIBUS  
VIRI

Amplisfimi, Nobilissimi &  
Consultissimi,

DN. JOHANNIS  
AB ASSELEN,

Civitatis Oldenburgensis Consulis  
optime meriti,  
&

Ad diem 28. Martii Anni 1708.

pie defuncti,

die 12. Aprilis vero comitantibus omnibus Bonis,  
maximaque Civium frequentia sepulcro illati,  
consecratum

à

Cliente devotissimo

Johanne Christophoro Gleimio,

Scholæ Oldenb. Con-Rectore.



Oldenburgi, Typis Jacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum  
privilegiarii Typographi.

# EPICEDIUM BEATISSIMI


## DN. JOHANNIS AB AS

Civitatis Oldenburgi


Ad diem 28

die 12. Aprilis vero  
maximaque Civium

Clientelae  
Johanne Christiano  
Scholæ Oldenburgi



Oldenburgi, Typis Jacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum  
privilegiarii Typographi.





Armine tentabam lacrymosæ promere  
mortis

Fata, quibus nobis CONSUL ademtus  
erat.

Sed stupor infedit menti, & torpore gravata

Longè imperfectum dextra reliquit opus.

Cynthius ipse aurem vellens mihi, desine, dixit;

Quippe tua est tanto Musa dolore minor.

Quid cupis hic miseros verbis æquare dolores,

Cum tantum lacrymæ pondera vocis habent?

In numeris jam non medicina paranda sonisque,

Si gemitus numero; sine querela caret.

Castalis unda nihil prodest, si flebilis imber,

Singultû mixtus, cuilibet ora rigat.

Contusum pectus, trepidantiâ membra timore,

Turbati crines, pallor in ore sedens,

Ad terram vergens caput, & squalor, tenebræque

Sat manifesta sui signa doloris habent.

Is, qui Defuncto FRATERNO junctus AMORE,

Largiter effusis imbribus ora rigat,

CONJUX lamentis utitur, flent PIGNORA cara.

Inque domo lacrymas angulus omnis habet.

Illa VIRUM; hæc PATREM lugubri voce re-  
quirunt.

Hinc nil proficiens nostra taceto chelys.

Adspice! quam variis cruciet se CURIA curis,

Dum CAPUT in solito cernit abesse loco.

Adspice! quos lessus tristissima PATRIA fundat,

Quantus & affligat, TEMPLA, SCHOLASQUE  
dolor,

Attoniti hoc casu ducunt suspiria CIVES,

Et lacrymis jungunt talia verba suis.

Hei!

Hei! CONSUL noster jam funere mergitur atro,  
PRÆSIDIUM, COLUMEN GLORIA nostra jacet.  
Quis Palinurus adest nunc in civilibus undis?  
Tam fida fragilem quis reget arte ratem?  
Ecquis suscipiet tam fido pectore curam  
Urbis? quis posthæc tam bonus ARGUS erit?  
His igitur metris AFFLICTÆ, ignoscite, MENTES,  
Si ærumnas tantas non recreare queunt.  
Nec vestri luctus à me sperate medelam,  
Tristitiã vires exsuperante meas.  
Cœlesti vobis immissum est vulnus ab arce,  
Desuper é Cœlo plaga cruenta venit,  
Hinc humana nihil quicquam solamina profunt,  
Auxilium si non detque juvetque DEUS.  
Sola salus Divina valet lenire dolores,  
Dextra Dei luctum sola mutare potest.  
Tristitiæ nubes pellat, qui cuncta gubernat,  
Et radiis relever pectora vestra suis.  
Rectius is, nobis quæ profunt, omnia novit,  
Inque bonum nostrum, quod facit, omne facit.  
Sed vos, ô miseri mortales, discite tandem,  
Quod quoque mox vestras mors erit ante fores  
Discite! in humanis quæ confidentia rebus;  
Prima fugit nobis optima quæque dies.  
Tum labor, & morbi subeunt, tristisque senectus  
Post nos sub leges mors vocat atra suas.  
Ter felix Consul! sua cui fortuna peracta est,  
Cujus cum membris cura sepulta simul.  
Qui bene credendo, potuit quoque vivere justè,  
Atque in Amore Dei denique ritè mori.  
O! dilecta Dei Soboles, hominumque Redemptor,  
Verã quies animæ, Iesule blande veni,  
Dulcia anhelamus supremæ gaudia vitæ,  
Fac, hodie liceat dicere: Munde, vale.

Traur.



# Trauer = Ode.

1.  
**W**ezt Wehmüht leg ich meinen Kiel  
 Hier unter die Cypressen † nieder /  
 Und stimme meiner Saiten Spiel  
 In lauter Traur, und Klage = Lieder.  
 Wen je ein Schmerz bewegen kan/  
 Der steht nicht sonder Angst und Sehnen;  
 Nicht sonder heiß vergossne Thränen /  
 Den jest erblaßten Körper an.

2.  
 Beweine mit mir / **WEHRTE STADT** /  
 Den nie genung gepriesnen **SEUTZEN** /  
 Der dir so treu gedienet hat ;  
 Der voll Begierde dir zu nützen  
 Den Gliedern stahl die süsse Ruh.  
 Ihr Bürger hört ! Ich sag euch allen  
 Die Mauren †† sind nun eingefallen /  
 Drum lauft geschwinde / lauft herzu.

3.  
 Du aber / **SEELE** / fahre Wohl  
 Zu den gewünschten Himmels = Freuden  
 Wo dich kein Leid noch Sünde soll  
 Von deinen Höchsten Gute scheiden.  
 Ich will zu letzt den Wunsch noch thun :  
 Gott gebe / daß das Hauß der Seelen  
 Der Körper / mag in seiner Hölen  
 Nach aller Arbeit sanfte ruh'n. †††

Ex ingenuo pietatis officio ita  
 condolebat

## David Emmanuel Büsding.

Scholæ Oldenb. Alumnus.

- † Cupressus in divitum ac nobiliorum funeribus locabatur ante aedes,  
 quoniam rami ejus arboris excisi nunquam renasci dicuntur.  
 †† Concurrere, Concurrere cives, urbis vestrae mœnia ceciderunt: ita  
 Metellus Macedonicus exclamabat, audito Scipionis obitu.  
 ††† Molliter ossa cubent, quiescant: olim hoc voto sepultos prose-  
 quebantur, unde Viatores in titulis sepulcrorum rogabantur, ut  
 bene mortuus precarentur: Rogo, ut discedens terram mihi  
 dicas levem. Contra sepultis imprecantes, optabant; ut terra  
 esset onerosa.